

Pro Sereniss<sup>mi</sup> Electoralis Saxoniae Principis  
 Salute  
 Juniorum Rhetorum  
 Vota

Anaris medicas Fredericus venit ad undas,  
 Maxima Saxonici speique decusque soli.  
 Adhuc superi, ac nostris concedite votis  
 Quod petit assidua limes utrumque prece.  
 Vera hic res agitur; pendet nam capite ab illo  
 Et Fidei, et sacre Religionis honos.

Dominicus Toscano S. J.

Te tenet optatis languentem Anaria terris,  
 Neque tenet Morbi cura, dolorque tui.  
 Languor abi; egregium at juvenem si ledere pergas  
 En Franciscus adest; quis mora? Languor abi.

Philippus De Alexandro S. J.

Saxonici Juvenis, virgo, miserare laborum,  
 Hic tua profecta poscitur ante manus.  
 Aspicias ut gressu molitur membra molesto,  
 Nec celsi potis est illa movere gradu.  
 Non illum lecteque herbis, medicisque liquoribus  
 Nil patrii, externi nil juvat cura dolens.  
 Diva velit tantum: satis est voluisse, valeat,  
 Scimus Diva hanc omnia posse manus.  
 Fer Bona Mater opend: multos servabit in uno:  
 Tu Juveni, ille aliis causa salutis erit

Philippus Foschini, S. J.